

capitulis, in codicibus quos legi, apposita vel admota, vel tu noveris, vel qui voluerit, lector advertat.

14. Nec tibi de tanta hujus nostri opusculi brevitate erit ridendum, cuin te de tam numerosis libris, horridæ magis loquacitatis quam ullarum rerum, saltem consideratione dignarum, tu jactare non debas. Nolo in hanc partem ignorantiam singas; scis namque in ista questione, quæ inter nos vertitur, de mortalitate scilicet generis humani, quæ per primos transgressores divini mandati generaliter per semina perecurrit, et currit, et in finem usque cursu est, quæ totam prorsus causam tuem consumit, tamquam ad validissimum stipitem alligandum: quam si-inter nos causam, immo in te, extinctam

A esse christianus prudensque lector adveres, nihil tibi, sed prorsus nihil ulterius, quod vel in hunc eundem [Baluz. ulterius vel unde] mutare debueris, vel modo debebas, remansisse cognoscet; tibique de toto sermone tuo, quem summam esse eloquentiam jactas, magis illud competere aptiusque, quam de quo dictum est, judicabit: « Satis eloquentiae, sapientiae parum. Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta [Baluz. add. semper] cupiebat. » De sensibus autem tuis, quibus vagus ac vanus attolleris, alterius prudens saeculi ore pronuntiabit, tibique copabit dictum hoc: Parturisse te montes, unde nascetur ridiculus iunus.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Ex Catilina Julianum Mercator depingit verbis Sallustii, quem auctorem Julianus mirifice desperibat, et in libris amabat subinde landare. Poterat vero Marius pluscula referre, si orationis modus permisisset, quam apte enim convenienter hæc omnia: Nobili genere natus fuit, magna vi animi et corporis,

B sed ingenio malo pravoque; animus audax, subdolus, rarius, cuiuslibet rei simulator ac dissimulator, ardens in cupiditatibus, satis eloquentiae, sapientiae parum, vastus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat (Sallust. in conjur. Catilinæ).

MARII MERCATORIS TRANSLATIONES VARIORUM OPUSCULORUM

*Quæ Græce scripta sunt
IN CAUSA PELAGIANORUM.*

IN TRES EPISTOLAS SEQUENTES ADMONITIO.

Duo mihi querenda videntur de tribus istis epistolis: alterum, an certum habeant auctorem; alterum, a quo interprete versæ sint in Latinum sermonem.

Jure nemo dubitare potest quin omnes a Nestorio scriptæ sint re ipsa, quamvis nullius habeatur textus Græcus; earum enim meminerunt Cœlestinus, Cyrillus, Cassianus et Marius Mercator, quorum auctoritas certam facit fidem.

Cœlestinus ad clerum populumque Constantinopolitanum (1 p. conc. Ephes. cap. 19): Nestorius de virginio partu et de divinitate Christi Dei et Salvatoris nostri, velut ejus reverentiae et communis omnium salutis oblitus, nefanda prædicat, vitanda persuadet, sicut et ejus scripta ad nos ab ipso, cum propria subscriptio ne, transmissa, sicut etiam relatio sancti fratris et coepiscopi mei Cyrilli per filium Possidonium diaconum, ad me missa patet. Et ad Joannem Antiochenum (Ibid., cap. 20): Hæc ad nos, ingerente dolore fidelium, pervenerunt. Hæc libris, quos ipse miserat, publicata sunt. Et quod majoris probationis est, hæc ad nos missis epistolis, ipsa auctoris subscriptione munitis, ita insinuata sunt, ut dubitare ultra non liceat. Et ad ipsum Nestorium (Ibid., cap. 18): Dudum sumpsimus epistolas tuas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi. Erant enim in Latinum sermonem vertendæ: quod cum, licet sero, facimus, etc. Et paulo post: Nunc considerantes, et querelam de te prædicti fratris, et interpretatas tandem epistolas tuas, apertam blasphemiam contineantes.

Cyrillus ad Joannem Antiochenum de Nestorio loquens (Ibid., cap. 21): Consulucram ipsi per litteras, ut abstineret a pravis illis perversisque quaestionibus, et Patrium fidem sequeretur: verum ratus hæc me ex odio scripsisse, tantum absuit ut ullam omnino rationem habuerit illius qui hæc ad ejus pietatem ex charitate praescrisperat, ut ita sentiens, et ita dicens, in Romanorum quoque aures insinuare se posse, easdemque praecoccupare speraverit. Etenim prolixa epistola absurdia quedam dogmata complexus, eaque ad dominum meum Cœlestimum piissimum Ecclesiaz Romane episcopum missa, inter cætera adversus iHos qui ab ipso dissentient hæc quoque adjecit, « Citra horrorem sacram Virginem Dei genitricem appellant (Epist. 1 part. iv). » Misit præter hæc, et quosdam quoque suarum exegescon quaterniones, etc. Et paulo post: Lectis in concilio epistolis, iisque maxime in quibus non potest esse locus sycophantiae; continent enim ejus subscriptionem. Et ad Juvenalem (Ibid., cap. 24): Arbitratus autem se posse Romanam Ecclesiam in suam sententiam attrahere, scripit ad dominum meum Cœlestimum, hisque litteris suorum dogmatum perversitatem inseruit; nisit quoque multas exegeses, etc.

Cassianus (Lib. 1 de Incarn. cap. 3): Hinc enim illud est quod intercessionibus suis Pelagianis...rum querelas sovet, et scriptis suis causas illorum adjuvat. Et alio in loco (Lib. ii cap. 2): Dicis itaque quisquis es ille, hereticus, qui Deum ex virginе natum negas, Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi Θεοτόκον, id est, matrem Dei appellari non posse, sed Χριστοτόκον id est, Christi tantum matrem, non Dei. « Nemo enim, antiquorem se parit (Epist. 1 part. 5). » Et alio iterum loco (Lib. vii cap. 7): Secunda autem

perversitatis tuae, vel calumnia blasphematrix, vel blasphemia calumniatrix est, quia als, *et opereos Parenti debet esse nativitas, non dissimilis superiori. Verbis enim magis quam re et genere diversa est; cum enim de nativitate Dei agatur, idem dicit, et potentiores ex Maria non potuisse nasci, quod superius (Epist. 1 part. iv), et anteriorem non potuisse generari.*

Certum est tertiam epistolam a Mario Mercatore Latinitate donatam; questio ad solas priores duas pertinere potest, an Cassianum interpretem habuerint, an Dionysium Exiguum, an alium quemcumque.

Pro Mario facit magna similitudo Latinitatis inter has epistolatas duas et tertiam: facil etiam, quod ea sententia, Deitatem Unigeniti commortificant carni, etc., reperiatur iisdem verbis in litteris Cyrilli ad clericos Constantiopolitanae existentes, quas Marius interpretatus est; facil denique quod in iis usurpentur voces alioquin Mario familiares, praedicatio, praedicalissimus, etc.

At pro Cassiano est quod easdem epistolatas a S. Leone tunc archidiacono missas legerit; et eo quidem tempore, quo S. Cœlestinus scribit interpretatas; quod item ex eis referat fragmenta, non aliis expressa verbis quam quae nunc leguntur.

Easset fortasse qui Dionysio Exiguo hanc versionem tribueret, fretus, ut sibi videtur, testimonio tum Cassiodori, tum ipsiusmeti Dionysii. Ille enim a Dionysio concilium Ephesinum Latinitate donatum scripsit; hic insinuat Cyrilli fidem et Nestorii impietatem ad sua usque tempora Latinis ignoratam fuisse, eaque de causa se suscepisse interpretandam Cyrilli synodam.

Versus Latinitate donatae sunt ejusmodi epistola, ann. 430, immo 429, quandoquidem ei sumimus pontifex versas scribit ante suam responsionem ad litteras Nestorii, et sententia integræ leguntur in opere Cassiani, quod his temporibus elaboratum est, Dionysius tamen uno toto saeculo posterior est, vixit enim ann. 533. Deinde Cassiodorus, quemadmodum et Isidorus Mercator, nomine concilii Ephesini solam intellexit epistolam synodican Cyrilli, cum duodecim anathematismis. Denique Dionysius, cum floruerit post ipsam quoque quintam synodum, quo tempore iam dudum Ephesina Latina facta erat, aut per incogitiam verbo lapsus est, cum superiora scriberet, aut ad reviviscentem suis temporibus Nestorii impietatem resipxit.

Hac igitur opinione prætermissa, inclinarem libens in partes Cassiani, nisi humilitas dictionis, quæ in his epistolis Latinus reperitur, videretur non satisconvenire cum excelsitate et granditate sermonis, quæ eluceat in libro septem de Incarnatione, atque etiam in fragmentis illis quæ ex sermonibus Nestorii Cassianus Latina fecit; neque vero quæ in contrarium illatae sunt sententiae duas satis probant rem quæ de agitur, nam ex Graeco verbatim redditæ sunt, quomodo ab omnibus par est iisdem vocibus exprimi.

Neque etiam a Mercatore versas puto, siquidem tunc cum verterentur, Constantinopoli versabatur, ubi Comonitorium obtulit imperatori ann. 429, sub finem. Restat igitur ut ab alio ignoto Latinæ factæ dicantur: neque tamen id obsistit quominus in hunc locum referenda fuerint; nam etiæ due priores in ms. colibris nostris non inveniantur, tertia nihilominus adjungendas ratus sum, propter cognationem argumenti; et edendas emendationes quam prius, ut possint a lectoribus intelligi; et in communione volumen Operum Nestorii reponendas, ut nonnulli eruditorum commoditatè serviantur (a).

(a) Prætermittit has epistolatas Baluzius. EDIT.

I.

NESTORII EPISTOLÆ TRES.

• EPISTOLA I

NESTORII AD COELESTINUM PAPAM URBI ROMÆ.

1. b Fraternas nobis invicem debeamus colloqui-

A tiones, velut & vera inter nos, secundum Scripturas, obtinente concordia) pugnaturi in diabolum pacis inimicum. Quorsum hoc antiloquium? Julianus

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

• Duas ipsius partes fecit Nestorius: alteram de Pelagianorum episcoporum causa, alteram de sua. Utrique respondit Cœlestinus, sed secundæ prolixius, quia rem ipsam continebat propter quam tota epistola conscripta fuit; causam enim Pelagianorum occasionis fuisse tantum Cyrilus non obscurè docet.

Cyrillus prolixam dixit, cum scriberet ad Joannem Antiochenum, metiens, opinor, non tam verborum numero quam argumenti magnitudine, siquidem brevi compendio confinet totum omnino Nestorianæ impietatis virum. Scripsit quoque cum ipsa missos ad summum pontificem expositionum suarum quaterniorum, quasi quosdam epistolæ commentarios. Adjunxit denique, lectis Romæ his litteris, cum nullus, ob subscriptionem apertam, calumnias locus relinqueretur, a sancta Romana synodo disertam in Nestorium latam sententiam.

Hanc ipsam Cassianus idcirco calumniam blasphematicem vel blasphemiam calumniatricem appellat, quia Nestorios simul et catholicis calumniam instruit, quasi cum Apollinari et Ario de Dominica Incarnatione sentirent, et blasphemiam evomit in sanctissimam Virginem, quam negat Θεούς.

Quo tempore data sit, ex eo colligitur, quod Nestorius cum baue mitteret, multis jam sermonibus

doctrinæ sua venenum palam fidelibus præbuerat, multaque eam ob causam, ut loquitur, sustinuerat certamina; immo et plures tum de clero, tum de monachis, qua vi, quæ promissis, coegerat sibi consentire, et rerum Constantinopoli gestarum fama per orbem sparsa erat. Hæc vero contingere non potuerunt abe fine primi anni, quo sedit, vel initium sequentis, qui fuit 429. Tunc igitur epistola data est circa festa paschalia, et per Antiochum iustum virum S. Cœlestino cum quaternionibus expositionum tradita.

Cum in hunc usque diem corruptissima procierit, non sine labore collatis variorum auctorum a Cassiani præsentim locis eo pertinentibus, correcta est, si minus exquisite, quod forte non lieuit, deficientibus Gracis codicibus, saltem ita tolerabiliter, ut possit intelligi, quod hactenus nemo presulera.

b Corruptissimus erat locus hic in editione vulgata: *Fraternas nobis invicem debemus colloqui*, ut una inter nos secundum obtinente concordia pugnaturi diabolum pacis inimicum. Nonnulli enendare conati posuerant in margine: *Utanimiter noſcum obtinente concordia impagnaturi*, etc. Nostra lectio longe meliorem seu sum facit: *Fraternas nobis invicem debemus colloqui*, id est, relatio es sinceræ de his

quidem^a, et Florus, et Oroncius, et Fabius dicentes se Occidentalium partim episcopos, saepe et piissimum et praeclarissimum imperatore adierunt, ac suas causas desleverunt, b tamquam orthodoxi orthodoxis temporibus persecutionem passi. Saepe eadem et apud nos lamentantes, ac saepe rejecti, eadem sacerdoti non desierunt, sed insistunt per dies singulos, implentes aures omnium vocibus lacrymosis.

¶ His quidem ad eos sermonibus quibus oportuit usi suinus, cum negotii eorum veram fidem nesciremus; sed quoniam aperte nobis de causis eorum notitia opus est, ne piissimus et christianissimus imperator noster molestiam saepe ab his sustineat, ne nos, ignorantes eorum causas, circa negotii defensionem dividamur, c dignare nobis de his notitiam largiri; ne vel quidam, ignorando justitiam veritatis, importuna commiseratione conturbentur, vel d canonica indignationem beatitudinis tuae, que contra eos pro sectis religionis sorte probata est,

A aliud quiddam quam hoc sentient. Nam sectarum novitas nullam meretur defensionem a veris pastoriibus.

3. Unde et nos non modicam corruptionem eruditiorum apud quosdam hic reperientes, e et ita et lenitate circa segros quotidie ulimur. Est enim segregatio non parva, sed affinis putredinis Apollinaris et Arii. Dominicam enim in homine unionem ad eujusdam contumeliationis confusione passum commiscent: adeo ut et quidam apud nos clerici, quorum alii ex imperitia, alii ex heretica fraude in se olita celata (qualia plurima et apostolorum temporibus contingunt) tamquam heretici segregant, et e aperte blasphemant, Deum Verbum Patri omouitor, tamquam originis initium de Christotokoy Virgine sumptisset, cum templo suo adificatum esse, et carnem consepoltem; eamdem carnem dicunt post resurrectionem non mansisse, sed in naturam transuisse Deitatis. Ut in compendio dicam, Deitatem Unigenitum

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

que apud singulos geruntur, velut vera inter nos secundum Scripturas (Proverb. xviii, 19) obtinente, id est, dominante, χριστούς, concordia, pugnatur in diabolus pacis inimicum.

Episcopi ex Italia ejecti, quod detrectarent subscrivebam damnationem Cœlestii et Pelagi, ut tradunt Cœlestinus, M. Mercator et Patres Ephesini (Part. ii conc. Ephes. act. 5). Fuerunt vero primum octodecim numero, quorum nomine Julianus scripsit epistolam ad Rufum Thessalonicensem, et libellum fidei ad Zosimum papam. Epistolam Augustinus resellit tribus libris posterioribus ad Bonifacium; libellum primi vulgamus.

Ex iis episcopis Turbantius ad Ecclesiam rediit; credibile quod ei quidam alii, si Possidium et Mercatorem audimus. A Patribus Ephesinibus, praeter quatuor memoratos, Persidius et Marcellinus nominatim appellantur (*In epist. synod. ad Cœlest.*).

Quam Ecclesiam Julianus rexerit constat satis, quas alii, incertum, praeter quam quod aut omnes aut magnam partem Siculi fuerunt. Turbantius Julianus quatuor priores in Augustinum libros dicit; octo posteriores Floro, quemadmodum Oroncio Antonius homilias Chrysostomi in Matthæum a se Lætitiate donatas.

b Vetus illa fuit omnium fere hereticorum querela, quam refert et simul refutat Augustinus (*Liber. i contra Julianum*).

c Hunc locum egregie illustrat responsio sancti Cœlestini (Part. i conc. Ephes. cap. 18): Aliquantis inquit, diebus nisi nostræ, post nefandum et saepe damnatum dogma Pelagi atque Cœlestii, catholica fides quietem habuit, quando eos cum sua opinionis sequacibus telis unita sententia Oriens Occidentisque percussit, etc. Et sub finem: Hos quoque hereticos, de quibus nos, velut eorum quæ gesta sunt nescius, consulere voluntisti, sedibus suis iusta dicentes expulsi justa damnatio. Et postea: Cur ea quæ in hos tunc sunt acta queruntur, cum certum sit illinc ad nos a catholicis tunc antisite Attico gesta directa? cur non sanctæ memoriae Sisinnius ista quæsivit? qui utique sub decessore suo probaverat eos jure damnatos. Deflant infelices spes hominum suisse deceptos, quibus jam potuit propter communionem sola paenitentia subvenire. Scire de his incipit, si quæ ante nescivisti.

d Inde consicimus (*In dissert. de synodis*), homines istos damnatos fuisse, primum a Zosimo, tunc deinde a Bonifacio, denique a Cœlestino. quod postremum aperte demonstrant verba synodicae PP. Ephesinorum ad Cœlestinum (Part. ii act. 5): Perfectis in

sancta synodo commentariis actorum in depositione impiorum Pelagianorum et Cœlestianorum, etc., que a pietate tua de ipsis decreta et constituta sunt, etc.

Nestorius certe in presbyteros et monachos laicosque sibi adversantes non ira usus est que modum teneret, sed immanni furore, quem Basilius archimandrita aliqui sancti monachi in supplicatione ad Theodosium suopene sanguine descripserunt (Conc. Ephes. part. i c. 30), Iis que ab illo perpessi sumus multi fortasse fidem non habebunt; etenim quo perfecte edoceremur verane ea essent an falsa que de eo accepteramus, in episcopale palatium illius jussu horlataque concendimus; semel autem atque iterum in aliud tempus rejecti, via tandem prodiens, que, inquit, vultis, ea paucis exponite. Posteaquam vero ex nobis audirit que docuerat, ea recte fidei consentanea non esse, statim nos capi jussit; inde credente nos turba satellitum ad tribunal adducimur, ibidemque veluti nequam scelerati denudamus, denudatique et vincit indignis modis ad palum et strati vapulamus, calcibusque impetrimus. Denique ejusmodi nos in ecclesia injuste ab injusto illo perpessi sumus, que, non dico clerici et monachi, et archimandritas, sed ne infimæ quidem sortis homines experientur in foro civili. Cæterum diu multumque ibi divexati, fameque tabescentes, sub custodia non modo tempore fuiimus asservati; neque illius furie iis contenta conqueverunt, verum per quamdam imposturam, civitatis praefecto traditi sumus, ferroque onusti ad carcere abstrahimus: hinc iterum extracti, catenisque, ut ante, impediti, praetorio sistimur, cumque ibidem nullus plane qui nos accusaret presto foret, rursum ad rerum locum a satellitibus reducimus, hucque reducti denuo ab illo in faciem cedimur; denique composita oratione per fraudem ascensus est, ut postea patuit, de naturali Dei Filio, quod natus sit de sancta Maria Deipara, addens quoniam est etiam alias filius. Atque in hunc modum tandem nos dimisit.

e Corruptissimus erat ille locus in codicibus vulgaris, nec ullus poterat extundi, nisi magno labore, sensus. Sic enim legebatur, vel in ipsa eruditissima Labbe editione: Aperte blasphemant Deum Verbum Patri omouitor tamquam originis initium de Christotokoy virgine sumpsisse, et cum templo suo adificatus esset et carni consepolitus, eamdem dicunt post resurrectionem commiscuisse carnem, sed in naturam transuisse Deitatis. Ut in compendio dicam, et Deitatem Unigenitum, et ad originem conjunctæ carnis referunt, et commiscant carnem: carnem vero conjunctam Deitatis ad Deitatem transuisse b' blasphemant, in ipso verbo Deificationis.

nū, et ad originem conjuncta carnis referunt; et commorillicant carni; carnem vero conjunctam Deitati ad Deitatem transiisse blasphemant, • usi ipso verbo Deificationis, quod nihil est aliud nisi utrumque corrumpere.

4. Sed et Virginem Christorēcos ausi sunt modo quidam dicere; hanc vero Gōtōcos vocantes • non perhorrescant, quando sancti illi et supra omnem prædicationem Patres per Nicāiam nihil amplius de sancta Virgine dixisse leguntur, nisi quia Dominus noster Jesus Christus incarnatus est ex Spiritu sancto et Maria virgine: et taceo Scripturas, quae ubique Virginem matrem Christi, non Dei Verbi, et per angelos, et per apostolos prædictarunt.

5. Propter quæcqua certamina sustinuerimus, secundo famam præcedentem docuisse beatitudinem tuam, hoc quoque attendentem quod non frustra certaverimus, sed emendati sint gratia Domini multi ex his qui perversi erant, discentes a nobis quia debet esse parienti òmōvōrō nativitas; quia Dei Verbi commixtura nulla est cum homine, sed unio creature et humanitatis Dominicæ Deo conjunctæ ex Virgine per Spiritum.

6. Si quis autem hoc nomen Gōtōcos, propter na-

CASTIGATIONES

* Docet hic locus, quam vere Socrates scriperit (Lib. vii, cap. 52) Nestoriū fuisse admodum imperitum, tantèque imperitiae causam extitisse, quod veterum scripta perdiscere neglexisset. Patres enim numquam abhorruerunt a verbo Deificationis et similibus. Atque ut eos solos commemorem quos Antiocheno presbytero et Constantinopolitano episcopo ignorare non licuit, Patres Antiocheni concilii ann. 266 habiti, cum scriberent Paulo Samosateno: δόκει καὶ τὸ ἐκ τῶν Παρθένου σῶμα, χωρῆσαι πάν τὸ πλήρη τὸς θεότητος σωματίου, τῷ θεότητι ἀρπάτως ἄνωται καὶ τελεοποιῶται: Quia de causa corpus ex Virgine, cum accepisset omnem plenitudinem divinitatis corporaliter, divinitati inconvertibilior unitum est aquæ deificatum.

Gregorius Nazianzenus (Orat. 51, que est prior epist. ad Cledonium): τὰ γὰρ ἄμφοτερα ἐν τῷ συγκροτεῖ, Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπότητος, ἀνθρώπου δὲ θεωτίτος, ἡ δὲος καὶ τὸς ὄντων σούσιος. Quæ Rusticus discouit ha verit: Hæc enim ambo unum commixtæ, Deo quidem inhumane, homine deitato vel quomodolibet quis nominet. Idem Gregorius (Orat. 58 et 62): προσδέθω δὲ Θεὸς μητρὰ τῆς προσδέψεως ἐν ἐδύο τῶν ἐναντίων, σαρκὸς καὶ πνεύματος, ὃν τὸ μὲν ἕβιωτο, τὸ δὲ οὐδὲν: Præcedens Deus cum eo quod assumptæ, unum ex duabus contrariis, carne ac spiritu, quorum alterum deificavit, alterum deificatum est. Et alibi (In Carm. iambico): οὐτοὶ τὸ θεωτόν καὶ θεῶν τοι; Θεός, sic deificans et deificatum unus Deus.

Joannes Chrysostomus (Tom. v, homil. 162): ἀλλὰ οὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς ἀδόγτος, ταῖς μὲν φύσει ἀναλόγοτος, καὶ θεωτὸς τὸ προσδέψιμα, etc. Sed cum ipse ad nos venisset, et nostram naturam assump̄isset, et deificasset quod assumperat, etc.

5. Era iste quoque corruptus locus: quem enim sensum habent hæc verba? Sed et Virginem Christorēcos ausi, cum modo quodam Gōtōcos dicere: hanc enim Gōtōcos vocantes non perhorrescant, quod sancti illi et supra omnem prædicationem Patres per Nicāiam, nihil amplius de sancta Virgine dixisse leguntur, nisi quia Dominus noster Jesus Christus incarnatus est ex Spiritu sancto et Maria virgine.

* Hanc epistolam particulam Cyrillus resert, scribens ad Joannem Antiochenum, ut antea dictum est.

A tam humanitatem conjunctam Deo Verbo, non propter parientem proponat, dicimus quidem hoc vocabulum in eam quæ peperit non esse conveniens. Oportet enim veram matrem de eadem esse essentia qua est ex se natum; ferri tamen posse propter ipsam considerationem, et quod solum nominetur de Virgine hoc verbū propter inseparabile templum Dei Verbi ex ipsa, non quia ipsa sit mater Dei Verbi; • neino enim antiquiorem se parit.

7. Hæc quidem existimo præcedentem famam significasse; * exponimus vero etiam nos quæ contigerunt, et rebus ostendimus quia fraterno animo negotium eorum quos prædiximus nosse cupimus, non desiderio curiositat̄ importunæ, cum et nostra narremus, tamquam fratres fratribus, novitatem sectarum nobis invicem publicantes, ut sit mihi principium litterarum verissimum: dixi enim, cum has litteras inciperem, quia fraternalis invicem debemus collocationes.

Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem ego et qui mecum sum salutamus.

EPISTOLA II

NESTORII AD COLESTINUM PAPAM.

1. Sæpe scripsi beatitudini tue propter Julianum; ET NOTÆ

* Neque ullum admittebat sensum hic locus. Quis enim idoneus inde possit exprimi? Multi ex his, qui perversi erant, discedentes a nobis quia propria, et parvū òmōvōrō nativitas, cui vivere commissa est: illa in homine unio creaturæ est humanitas Dominicæ-ideo conjunctæ ex Virgine per Spiritum. Emendationem juvit Cassianus, cum in hanc epistolam respiciens: Sed magno, inquit (Lib. vi de l'uncarn. cap. 45, et lib. vii c. 3), perfidiæ alicui impietatis argumento ad negandum et perseguendum Dominum Deum ute-ris dicens, òmōvōrō parienti debet esse nativitas.

* Cassianus hanc sententiam refert et consultat in hæc verba (Lib. vii cap. 2): Ait ergo ad destruendam sacræ nativitatis fidem, sibilans in Dei Ecclesia novus coluber: Nemo anteriorem se parit. Primum ergo te non solum quid dicas, sed etiam unde dicas, nescire arbitror: si enim scires aut intelligeres, unde dices, nequaquam Unigeniti Dei nativitatem mortalis. opiniuncula oratione censes; neque ei, qui extra conce-pitum humanae originis natus est, humanis definitiunculis præjudicare tentares. Vide reliqua ad finem usque capitum.

* Obscurum erat in vulgata editione, quid significarent hæc voces: Exponimus vero etiam nos, quæ contigerunt, rebus ostendimus, quia fraterno animo, etc.

* Nestorius hac in epistola, périnde atque in prima, partim Pelagianorum causam agit apud summum pontificem, partim suam: queritur vero das sæpius a se super ea re litteras, nec tamen aliquid responsi accepimus: quæ ex querela, si modo vera sit, concludere licet non binas tantum, quas habemus, sed plures epistolæ a Nestorio ad Celestimum missas, importune nimirum flagitantibus Pelagianis, suuu-que negotium irrequieto molimine perurgentibus.

Tempus, quo data est, facile deprehenditur ex ad-junctis: nam plures hanc postremam præcesserunt, omniumque prima ann. 429 circa festa paschalia scripta est. Necesse est igitur hanc pertinere ad finem ejusdem anni: neque enim ultra differri potest, cum Mercatoris Commonitorium, Dionysio et Florentio coss., id est, ann. 429 oblatum, contineat totam Cœlestii, Pelagi, et Juliani, reliquorumque episcoporum causam. Qui onim, post Commonitorium Theo-

Orientium, et ceterorum, qui sibi usurpant episcopalem dignitatem, et creberrimam aditionem apud plissimum et praedicatissimum imperatorem faciunt, nosque concidunt frequentibus lamentationibus, tamquam temporibus orthodoxis de Occidente projecti. At hoc usque scripta de his a tua veneratione non suscepimus · quae si haberem, possem eis responderemus, daremque compendiosum responsum vocibus eorum. ^a Nunc enim ab incertis dictis eorum, non habet quis ad quod se convertat: alii haereticos eos vocantibus, et ideo de Occidentalibus partibus projectos esse dicentibus: ipsis vero jurantibus, calunniam se sustinuisse, et periculum pro orthodoxa fide ex subreptione perpessos. Quorum utrum certum sit, nobis gravis est ignorantia: nam condolere eis, si vere haeretici sunt, crimen est; et iterum non condolere, si calumniam sustineant, durum et impium est.

2. Dignetur igitur amantissima Dei anima tua informare nos, qui ad utrumque momentum hoc usque dividimur, id est, et ad odium et ad miserationem eorum; doceri autem volumus, quam de his sententiam teneamus. ^b Differimus enim eosdem viros per dies singulos dissimulantes, spo et expectatione beatitudinis tux.

3. Non est enim, o venerandissime, sicut nostri vilis discussio p̄t secte: nec parva est probatio eorum, qui hoc agunt. Multus enim etiam nobis labor

A hic celebratur, dum elaboramus eruere sordidissimam impietatem possimae opinionei Apollinaris et Arii de Ecclesia Dei: ^c nescio enim quemadmodum quidam de ecclesiasticis, quandam contemporaneis imaginem ex deitate et humanitate Unigeniti concipientes, agrotent aegritudine praedictorum haereticorum: dum et corporis passiones audent superfundere deitati Unigeniti, et immutabilitatem deitatis ad natum corporis transilisse confingunt, et utramque naturam (quae per conjunctionem summam et inconfusam ^d in una persona Unigeniti adoratur) contemporaneis mutabilitate confundunt.

4. Cœci, qui nec sanctorum illorum Patrum expositionem meminerunt, nec vident aperte adversos eos reclamantes: *Credimus in unum Dominum Jesum Christum filium Dei incarnatum ex Spiritu sancto et Maria virgine.* ^e Hæc enim vox, in Bonârum, significat utramque naturam; etenim Christus est deitatis Patris ἐπούλος: humanitas vero posterioribus temporibus nata ex sancta Virgine, propter conjunctionem deitatis ab angelis et hominibus simul colitur.

5. Eum ergo, qui hic propter sectarum pravitatem tot laboribus fatigatur, considera, quid iterum pati necesse est, si negotium praedictorum virorum nesciat, timeatque nimis, ne additamentum haereticorum per ignorantiam hic positus faciat. Unde rogo, ut undique studiosum sit sanctæ animæ tuæ, donare notitiam predictorum virorum: maxime cum litterarum

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Doxie oblatum publicatumque Constantinopoli, Nestorius ignorare potuisset Pelagianorum causam? Aut quid fuisse, cur procul ab urbe Roma nouitiam expeteret, quam idoneis instrumentis comprobatam apud se haberet?

Inde autem conjicere licet causam, cur Mercator Commonitorum scripsit, ut nimirum et imperatorem doceret de negotio Juliani et Cœlestii, quod celatum volebat Nestorius; et omnibus demonstraret, quam funesto errori inimicus catholicæ fidei opem præstaret.

Redita est per Valerium cubicularium, sicut et prima per Antiochum, viros ex aula præstantes, quorum fidem et Nestorius pecuniis pauperum redemerat, et Pelagiani suis artibus corruerant. Antiochus autem ille, quem virum illumine appellat Cœlestinus, hunc ipsum esse conjicio, qui ann. 450 Praefecturam prætorii, consequente consulatum cum Basso gessit. Conjicio pariter Valerium, qui tunc cubicularius erat, cum litteras Nestorii deferret, consulatum gessisse cum Actio ann. 452. Conjectandi ratio haec est, quod hac tempestate oportuit inter Theodosium Constantinopoli existente, et Placidiam Valentiniani tertii vix decennis matrem Ravennæ commorantem, consilia communicari, non scripto tantum, sed maxime per illustres viros, arcanorum consicos, et rerum gerendarum peritos, Barbaris miserabiliter Romanum imperium dilacerantibus: nam Franci et Goths Gallias, Hispanias V sigothi, Vandali Africam populabantur; dubisque erat Aetiji utriusque militiae magistri fides, aperta Comitis Bonifacii defectio, suspecta multorum potentum de tyrannide cogitantium voluntas.

Neque mirum videri debet, si viri tam illustres suam operam commodaverint Nestorio, in deferendis litteris, sermonumque quaternonibus, et Pelagianorum querelis. vafer enim ille haereticus, priusquam proderet in spartum impietatem, potentum animos

C corrupera; et quasi fascino vanæ sanctitatis illusserat; ut quorum favore auctoritatem docendi cum sede accepit, eorumdem potentia sanctorum adversantium sibi conatus opprimeret: aula, ut sit, eligente cogitanti impietatem defendere potius quam seum in eligendo errore fateri.

^a Dignus notatu locus, cum sepe magno possit esse documento; siquidem, ut tradit Mercator (*Subnot. cap. 6, num. 5*), omnium haeresium, omnibus temporibus, omnibusque locis, unus est idemque spiritus.

^b Editionis vulgate textus habebat, *desecimus*, omnino mendose. Appositum est in margine conciliorum editionis Labbeanæ, *detinemus*, neque adhuc recte. Differre porro verbū est, et accommodatum loco, et melioris Latinitatis auctoribus probatum.

^c Egebant emendatione textus, cum nullum iere sensum patetur editio vulgata: *Nescio enim quemadmodum quidem de ecclesiasticis quandam contemporaneis imaginem deitate et humanitate Unigeniti accipientes agrotent aegritudine praedictorum haereticorum, etc.*

^d Notandus diligenter hic etiam locus, et anumerandus reliquis, quos in notis ad secundum sermonem Nestorii attulimus: simul enim ostendit, et hominis, perplexa vocum catholicarum ambiguitate, ut solent haeretici, errorem suum tegentes subdolam malitiamque mentem: et admonet catholicas mentes, semper credendum non esse verbis haereticorum, sed ad certam confessionis formulam, quam Ecclesia proponat, fidem ipsorum examinari et exigere debere.

^e Nullum sensum admittebat ista periodus vulgatae editionis: *Hæc enim vox in nomine quod significat utramque naturam, id est, Christus est deitatis Patris ἐπούλος. Humanitas vero posterioribus temporibus nata est ex sancta Virgine, que propter conjunctionem deitatis ab angelis et hominibus simul colitur.*

sequester fidelissimus. Valerius cubicularius possit A beatitudini tue per se expondere molestias eorum.

Omnem in Christo fraternitatem, quæ tecum est, ego et qui in eum sunt, plurimum salutamus.

b EPISTOLA III

NESTORII AD COELESTIUM & RESCRIBENTIS.

Honorabili et religiosissimo presbytero COELESTIO Nestoriu in Domino salutem.

1. Noll ægre ferre, venerabilis, & perferens ab his qui ea quæ inferantur facere debent, et præsentim auctoribus veritatem, et refugientibus & pollutorum

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

* Cubiculari nomen, si quando a probatis auctoribus simpliciter ponitur, significat præpositum sacri cubiculi, cuiusmodi sunt, quos Gallice dicimus, les premiers gentilshommes de la chambre. Porro cum cubiculari ante Theodosium fuissent quidem inter primas dignitates, sed tamen post præfectos Urbi et prætorio, equitumque magistros, et comites consistorianos, id est, comites sacrarum largitionum et rerum privatarum, quæstorem, et magistrum officiorum, comitibus præpositi sunt, tribusque prioribus exequali, in gratiam Macrobii, ut habetur in legi data Constantiopolitana Theodosio ad Florentium P. U. viii idus Novemboris, Honoro xiii et Theodosio x AA. CC. Is est annus Christi 422.

* Par est credere, scripsisse Nestorium Cœlestio, non tamquam uni amicorum, sed velut duci totius factionis, quæ cum multis baberet episcopos, poterat angore numerum Orientalium, ex quibus Joannes Antiochenus coactus erat pro Nestorio conciliabulum. Scripsisse conjicio post Cœlestium imperiali edicto Constantinopoli ejectum : ejectus vero est anno. 429, ut vidimus in Commonitorio.

* Igitur oportuit litteras prius a Cœlestio ad Nestorium dari, quibus significaret, quam ægre ferret suam ex urbe regia expulsionem ; et quereretur, ut opinor, se vana spe absolutionis cum reliquis sociis lactatium bætenuerat a Nestorio ; immo flagitaret procurari sibi iustum receptui locum.

* Dicitur sunt ista hereticorum more, quo solent conqueri se ab aliis pati mala, quæ ipsi per suumam improbitatem catholicis inferunt (i part. conc. Ephes. cap. 30). Vide super ea re supplicationem Ba-ili, Thalassii, et aliorum sanctissimorum monachorum ad imperatorem Theodosium, ex qua cognoscere, quam inumaniter furens heresiarcha in catholicos Deiservos, aulicorum magis ratumque potentia abusus sit.

* Miretur forte lector, qui Nestorius, cum recte sentire de peccato originali, quod constat tum ex epistola Cœlestini ad Nestorium, tum ex Nestorii sermocibus, quos ante recensuimus, pollutos dicat, qui a communione Cœlestii peccatum originale imputantur se abstinerent. An alludit ad eam solam Pelagianismi partem, quæ gratia Dei unicuique ex meritis, ipsi etiam Christo dari asserebatur ? Putant enim docti quidam, in eo existuisse tantam cognationem hereseon dyarum, ut Nestorianae credi posuerit, quasi quidam Pelagianæ ramus aut infelix stilo. An quia Cœlestius cum adhæreret Nestorio veluti patrono, eorum societatem vitabat, quos vel Arii, vel Apollinaris impietate pollutos Nestorius jaclaret ? An potius Cœlestius cum Nestorio, pari impietate, licet dispari causa, negabat beatam Virginem esse Georæ ? Id consequentia verba, prudentibus ejusdem orthodoxæ professionis heretico sensu scripta a Nestorio, confirmant.

* Læcum egregie tractat S. Cœlestinus sub medium epistola ad clericos Constantinopolitanos, qui maximam partem ejeci Ecclesia, immo et

vel contaminatorum communionem : quia et sanctis, qui ante nostram æratem extiterunt, gratæ fuerunt ærumnae ; et ipsæ quidem temporales erant, veritas autem æterna. Sic Joannes Baptista de peccato arguens Herodem, et quidem regem existentem, capite condemnatus est ; sed non formidavit, Christum enim habebat caput quod non posset abscondi. Sic Paulus hoc modo quoque et Petrus sunt interficii. Et quid amplius dici opus est ? Ita actum est semper, per diversas tentationes pietate currente.

2. Noti igitur a veritate deficiens eam prodere. /siquidem & epistolæ missæ epis copis a concilio Oc-

B conjecti in carceres, propter fidem catholicam gene rose defensam.

* Locus procul dubio obscurus coegerit, ut præter morem verba quædam inseremus ad faciendam lucem.

Inserendorum ratio ex his facile constat. A Cœlestino in Occidente coacta est Romæ synodus, ex qua suamus pontifex litteras dedit ad diversos antistites ; et ad Nestorium quidem comminotorias depositionis, nisi post decimum diem revocaret errores ; ad Cyrilum vero procuratorias, ut contumacem rite deponeret ; ad Joannem Antiochenum, et Juvenalem Hierosolymorum alias, quibus de re tota monerentur. Accepit litteris, Cyrus coegerit quoque Alexandrinæ synodum, unde et Joanni, et Juvenali, et ipsi etiam Nestorio per litteras denuntiavit apostolicæ sedis sententiam, sed duobus aliis epis copis, priusquam Nestorio : unde Joannes monendum confessum putavit Nestorium, ut sibi provideret, et spontanea retractatione Cœlestini sententiam præveniret ; sed monentis amici superbus animus consilium sprevit : igitur nonnihil conciliis Occidentis intelligitur Romanum, cui præsedidit Cœlestinus : nomine Alexandrini Cyrus, cum sua synodo ; nomine tandem scriptorum, litteræ Cyrilli ad Joannem, et Joannis ad Nestorium. Hæc accipient lucem, partim ex sententia Cœlestini, partim ex verbis Joannis.

* Aperte igitur cognosce, inquit Cœlestinus Nestorium aliquoquen, hanc nostram esse sententiam, ut nisi de Christo Deo nostro ea prædices, quæ et Romana, et Alexandrina, et omnis catholicæ sentit Ecclesia, sicut etiam sancta Constantinopolitana Ecclesia, ad te usque, optime tenuit, juxta expositum in synodo Nicæna fidem ; ac nisi hanc perfidam novitatem, qua hoc, quod venerabilis scriptura conjungit, niteris separare, intra decimam diem a primo innolescens tibi hujus conventionis die numerandam, deposueris, alique aperta et scripta confessione damnaveris ; noveris te ab universalis Ecclesiæ catholicæ communione dejectum, et ad omnia quæcumque sacerdotialis auctoritatis sunt, minime idoneum.

* Quia peccata nostra, inquit Joannes, perturbationibus ecclesiasticis ingens ostium patefecerunt, ideo ea charitati tue explanare cogor, quæ nuperrime ex Romana et Alexandrina urbe ad me perscripta sunt : et enim clerici Alexandrini diversas de tua pietate litteras magno ad nos studio pertulerunt ; unas quidem piissimi epis copi Cœlestini, reliquas omnes sanctissimi epis copi Cyrilli. Harum autem exempla mittens, charitatem tuam obviæ cupio, ut ita eas legat, ne qua hinc animi perturbatio consurgat, ex qua contentiones seditionesque admodum notioæ sæpen numero exoriuntur, etc.

* Ex his constat Nestorium scripsisse Cœlestio circa finem Octobris, aut initium Novemboris ann. 430 : scripsit enim postquam Joannis litteras accepisset, et antequam a Cœlestino acciperet : accepit vero a Cœlestino deferentibus quatuor epis copis vi id. Decemb., nec a Joanne potuit accipere ante memoria-

udentis, et ab Alexandrino, multis rescriptis manu- A festam nolis nostram fecere sententiam), a pruden- tibus scilicet ejusdem & orthodoxæ professionis: ser- aitan enim utile aliquid Ecclesiis recte fidei prove- nient, Domino cooperante.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

tempus; quandoquidem nec Joannes Celestini litteras ad se datas, et per Possidonium diaconum Alexandriam primum delatas, et hinc deinde Antiochiam cum epistola Cyrilli missas accipere potuit, nisi post tres saltem aut quatuor menses.

* Id est, studiosis seu peritis, phrasij usitata quid auctores illius temporis: unde S. Innocentius imprudentes dixit pro Imperitis: *Tunc enim, inquit, melius hac exempla ponuntur, quando cum iis, quae*

* Omnes fraternaliter salutamus.

Et alia maxima: Incolumis et fortis animo, et pluri- mum orans pro nobis, doneris nobis, religiosissime frater.

horum constat imprudentes esse, tracturus.

* Hoc nomine appellat impietatem, qua negat beatam Virginem esse Deiparam.

* Frates vocat episcopos, aliosque Celestii fau- tores, qui nihil non moliebantur Constantinopoli, ut Orientis favore adversus Occidentis judicium se in- tenuerint. Pergit autem Nestorius miserum exscalam adhuc nonnulla spe decipere.

II.

NESTORII^b TRACTATUS

CONTRA HÆRESIM PELAGII SEU COELESTII.

* PRÆFATIO MARII MERCATORIS.

I. Contra Pelagii et Celestii pravam et impiam Nestorius, Julianum tamen ex episcopo Eclanensi,

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

* De ipso prolixius dicemus in secunda parte Operum Mercatoris: suffici impræsentiarum, quod habet Vincentius Lirinensis in Commonitorio (Cap. 16): *Ut una hæresi sue aditum patet, cunctarum hæretorum blasphemias insectabatur. Id enim facit ad intelligendum, quo consilio versipellis hæreticus, et la Pelagiacos inyheretur, liceat amicitiam receptio; et quia mens impulerit Theodosium imperatorem, ad sanctiarem adversus omnes hæreticos, impuraque personas, edendam (Cod. Theod. leg. 65 de Hært., et de Lenonib. lib. II).*

Animadverte, lector, si animus tibi fuerit has leges consulere, inter hæreticos, qui suo singuli appellantur nomine, notari presertim Apollinaristas et Manichæos: sicut omnino de Pelagiannis, quos tamen eportuerat præcipue nominari in sanctione, quæ vetera statuta renovaret, quippe qui, et ab Actico damnati fuerant, et auctoritate imperiali expulsi urbe regia, et a Sisiniu, cuius fidem post Attici obitum tentaverant, reiecti. Sed Nestorius savebat Pelagiannis, et jam sum cogitabat animo de facienda catholicis invidia, quasi de iucarnatione Verbi sentiret cum Apollinari; de gratia et libero arbitrio cum Manichæis.

* Posset alicuius animo incidere suspicio, an non illi ipsi tractatus sint, quos Nestorius S. Celestino per Antiochum transmisit, uia cum duobus saltu sermonibus de partu Virgineo, quibusque suam summa pontifici probavit fidem circa peccatum originale. Nonnullus eam ejusmodi transmissos fuisse, testis est, non solum Cyrillus, sed etiam Celestinus: Nestorius, inquit, de Virgineo partu nefanda prædicat, nefanda persuaderet, sicut et ejus scripta ad nos ab ipso cum propria subscriptione transmissa; sicut etiam relatio sancti Paris et coepiscopi Cyrilli, per filium Possidoniu[m] diaconum, ad me missa patescit: quibus omnibus recensit magna vitandamque perversitatem impia prædicationis invenimus, etc. (Epist. ad Joan. Antioch. epist. ad Juvenal. Hierosol.; epist. ad clericum Constantiop.). Et scribens ad Nestorium: *Legimus epistolarum tenorem et libros quos, illustri filio meo Antiocho tradente, suscepimus: in his quidem a nobis investigatus, deprehensus et tentus est, etc. Sub siue:*

*Legimus, quam bene tenens peccatum originale; quod-
iger ipsam naturam asserit debitricem, et cum merito
debitum redere, qui descendit de genere debitoris, etc.*

Verum hanc suspicio non levis tantum est, sed etiam vana: nam sanctus pontifex Nestorii secundum de peccato originali ro ipsa cognovit ex secundo sermone, cajus initium est: *Contumelias quidem hæreticorum, etc. Verba enim, quæ adhibuit, ex num.
15 desumpsi, ubi Nestorius ita loquitar: Et esten-
datur benignitas justa, non sine iudicio passim et uti-
cumque donata: propterea Christus debentis suscipit
personam naturæ, et per eam debitum tamquam filium
Ad eos solvit, eparterebat enim debitum lucentem ex genere
deduci ejus, qui id aliquando contraterat, etc.*

* Quamvis brevissima sit, multa nihilominus, vel dubia confirmat, vel obscura illustrat, vel incognita docet. Dubium erat, quam civitatem Julianus rex-
xit: Eclanensem assertit: quot Patres ecumenicam synodum confluverint, ducentos septuaginta quatuor numerat: in quo Nestorius cum Pelagiensis senserit: negat de peccato originali consensu: obscurum
fuit bacenus, quod de Nestorio Celestinus Cassia-
nusque scripto tradiderunt: hinc lucem accepit: ignotum fuerit, quid Celestio factum post damnationem, ubi terrarum versates sit; ubi et Julianus cum episcopis depositus: ignotum pariter quanta foret Nestorium inter et Celestium necessitate: ignotum denique, Nestorium adversus Pelagienses tractatus habuisse in Ecclesia sua, et eosdem hæreticos bis damnatos ab Ephesina synodo. Hec omnia nunc primum docet. — Hic necessario monendum est lector: bunc titulum a nobis additum esse, quia inscriptio sequentis operis deerat in antiquis exempla-
ribus. BALX.

* Idipsum paulo post repotit Mercator: *Contra quorum, inquit, distortas sententias, præter propriam impietatem, quæ illum ad damnationem usque perderem, recessim sentiebat et docebat. Mercatori concorsit Celestinus, qui post verba mea allata, pergit in hunc modum: Qui tecum sociari qui sunt haec no-
gando dannati? Numquam sine suspicione ea quæ sibi sunt adversa conveniunt. Ejicerentur denique si tibi quoque similiiter displicerent.*